



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 462. Pro quibus rebus hypotheca tacita sit concessa liberis in bonis parentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

tradunt Gloss. in c. ex literis. v. obligata. h. r. Abb. *ibid.* num. 11. Hof. in *sum. b. t.* num. 3. Laym. l. 3. *tract. 4. c. 30.* num. 3. Pirh. *h. t.* num. 40. Rodriguez. *de concurs. creditor.* p. 1. d. 5. num. 11. Negus. *cit. m. 4.* num. 120. Merlin. *loc. cit. l. 3. quest. 33.* Berlich. *cit. concl. 67. num. 47.* Lauterbach. §. 89. De hospitalibus aliisque piis locis. Gloss. *cit.* Abb. Laym. Lauterbach. *LL. cit.* Merlin. *loc. cit. quest. 12.* Berlich. *loc. cit. num. 55.* De civitatibus Molin. *loc. cit. d. 536.* num. 7. Berlich. *num. 41.* Merlin. l. 3. *quest. 2.* Richter. *de jur. & privil. creditorum. c. 4. f. 1.* num. 99. Lauterbach. §. 87. Non tamen Ecclesia, hospitali, civitati conceditur hypotheca in aliorum suorum creditorum bonis, sicut dictum est de minoribus. Lauterbach. §. 89. Sed neque bona negotiorum gestoris ratione gestionis reperiri tacite hypothecata, inquit Muller. *ad ff. in quib. caus. th. 15. lit. n.* citans pro hoc Carpov. p. 2. c. 24. *def. 17.* & Harprecht. *ad Inst. tit. quibus mod. re contrah. oblig. §. 4. num. 59.* Est autem hæc hypotheca non secus, ac illa minorum, simplex; & incipit à tempore suscepti ab his administratoribus officii, non verò à tempore malæ administrationis. Lauterbach. §. 88. Merlin. l. 6. *quest. 4.*

Quest. 462. Pro quibus rebus hypothecata sit concessa liberis in bonis parentum?

Resp. Est ea illis concessa in bonis parentum pro rebus adventitiis maternis & materni generis, quorum proprietas spectat ad liberos, & administratio ad patrem, ac proinde iis servanda sunt. l. 8. §. 4. *C. de secund. nupt. l. 6. §. fin. C. de bon. qua liberis.* Bachov. *de pign. l. 1. c. 9. a. num. 8.* Carpov. p. 1. c. 28. *def. 113.* Lauterbach. *in ff. in quib. caus. pig. §. 56.* statim ex tempore captæ administrationis. *cit. l. 6.* Lauterbach. *loc. cit.* remittens ad Merlin. *cit. l. 3. quest. 4.* & Berlich. *cit. concl. 67. num. 18.* & si ve dolo, si ve aliâ culpa parentes res illas malè administrarent. Bachov. *cit. c. 9. num. 8.* Lauterbach. *loc. cit.* Idque, si ve ad secunda vota transeat pater, si ve simpliciter apud se habeat res istiusmodi. Muller. *ad ff. in quib. caus. pign. th. 15. lit. x.* cum Bachov. *loc. cit. n. 4.* Pro aliis verò rebus adventitiis, etsi earum quoque usumfructum & administrationem habeat, nulla tamen liberis competit hypotheca. l. 6. §. 2. *C. de bonis qua liberis.* ubi etiam Imperator patres omni necessitate reddendarum rationum ratione horum bonorum liberat. Muller. *loc. cit.* Carpov. p. 2. c. 24. *def. 17.* Bachov. *loc. cit. num. 8.* Lauterbach. §. 47. ubi etiam in specie dicit de rebus liberis in testimonium Baptismi à susceptoribus donatis. Sic etiam, dum pater administrat filiorum res castrenses & quasi castrenses, vel adventitias irregulares, aut bona filii emancipati, filius ratione hujus administrationis non habet hypothecam in bonis paternis; deficit enim quò ad hoc dispositio legis, sine qua, ut dictum aliquoties, nulla admittenda vel extendenda hypotheca. Carpov. *loc. cit.* Bachov. *loc. cit. n. ult.* Lauterbach. §. 58. Cæterùm, ubi pater liberorum tutelam vel curam habet, ratione etiam horum bonorum competit liberis hypotheca in bonis patris per. l. 20. *C. de admistr. tutor.* Lauterbach. *loc. cit.* Denique pro legitima liberi nullam habent hypothecam; cum nullibi in jure id reperiat cautum. Merlin. *de*

pign. l. 3. quest. 7. num. 7. dicens esse receptissimam; Carpov. l. 3. *decis. 282.* Negulant. *cit. m. 4. n. 164.* Berlich. p. 1. *concl. 67. num. 67.* Mantica. *de tacit. & ambig. convent. l. 11. tit. 13.* Lauterbach. *loc. cit. §. 6.* Muller. *loc. cit.* contra Bald. *conf. 171.* Fulgos. *conf. 84.* Aretin. *conf. 156.* apud Muller. Nam imprimis eam non habent patre vivo; cum tunc eis non debebatur legitima; neque eo mortuo. Vel enim legitima est relicta, vel non est relicta, & si hoc factum sine justa causa, competit querela, non hypotheca. Si est relicta, vel competit independenter à voluntate patris testatoris tanquam debita ex dispositione legis, & pro ea quâ tali nullam lex hypothecam statuit. Vel est relicta titulo hæredis; & tunc ratione illius hypotheca constitui nequit, utpote cujus filius tunc est dominus; rei autem nostræ pignus constitui nequit. Vel titulo singulari tanquam legatum: & in hoc postremo casu ex testamento assignata in certa re vel summa simpliciter filio tanquam legatario pro ea aut supplemento illius conceditur hypotheca, in aliis nimirum bonis à defuncto relictis, ut Berlich. *cit. concl. 67. num. 99.* Decius. *conf. 235.* Carpov. l. 6. *respons. 46 n. 14.* Lauterbach. Muller. *LL. cit.* Qualiter verò filiabus pro educatione & elocatione earundem etiam feuda paterna sint tacite oppignorata, vide apud Muller. *cit. th. 15. lit. ζ.* ubi pro affirmativa citat præter alios Schræder. *de feudis. p. 8. c. 1. num. 38.* Vulcey. *ir. eod. l. 5. c. 9. num. 57.*

Quest. 463. Qualiter igitur legatarii & fideicommissarii hypothecam habeant in bonis à testatore relictis?

Resp. Hypotheca tacita pro legatis & fideicommissis consequendis legatariis & fideicommissariis statuta est. Molin. l. c. d. 536. n. 7. cum communi juxta clarum textum l. 1. *C. communia. de legat. §. 2. Inst. de legat.* non tamen in rebus propriis hæredum aut personarum oneratarum. Lauterbach. l. c. §. 65. Berlich. p. 3. *concl. 67. n. 69.* Mantica. l. c. tit. 17. n. 8. Merlin. l. 3. q. 14. n. 113. Muller. l. c. th. 16. lit. a. Nisi fortè hæres bona testatoris consumpserit vel dolo deserit possidere; pro ut in hoc casu bona hæredis in locum rerum hæreditarum substitui & hypotheca subijci, asserit Donell. *ad cit. l. 1.* quod tamen negat Lauterbach. *cit. §. 65. infine.* cum leges pro hoc citari solitæ id minimè evincant. Quamvis addat, quòd hoc in casu hæres, tanquam fictus possessor illarum rerum hypothecaria actione conveniri possit. Neque in ipsa re in specie legata. Lauterbach. l. c. utpote cujus dominium mox recta & ipso jure à morte testatoris transit in legatarium juxta l. 64. ff. *de furt.* & l. 80. *de legat.* modo res purè legata, & legatarius eam non repudiavit; res autem nostra nobis in pignus constitui nequit. l. 45. *de R. 7.* Neque in bonis alteri personæ legatis. *L. fideicommissorum. ff. ut in possess. legat.* Muller. l. c. sed tantum in cæteris bonis hæreditariis. Extenditur hæc hypotheca ad illos, quibus aliquid à legatariis vel fideicommissariis est relictum. *cit. l. 1.* Merlin. *cit. q. 14. n. 21.* & 27. Lauterbach. §. 61. Item ad eos, quibus ex donatione causâ mortis facta aliquid debetur, etsi hanc donationem non comprehendant verba *cit. l. 1.* hanc tamen esse ejus mentem & sententiam, censent Bachov. *de pignor. l. 1. c. 10. n. 6.* Mantica. l. c. tit. 12. num. 16. Merlin. *cit. q. 14. n. 127.* apud Lauterbach. §. 62. iis consentientem contra Bran-